



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

E

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

uentem, vel recipientem dotes anticipatas, non incurritur ipso facto, S. Congr. Episc. 2. Martij 1592.

E

Edictum.

Ecclésiastici quoad pascua non sunt subiecti edictis Communitatis. Die 13. Iulij 1637. in Firmana: lib. 3. decr. Paul. fol. 37.

Ecclesiastici non comprehenduntur sub edicto super prohibitionem pascendi. Die 13. Augusti 1629. in Sutrina: lib. 2. decr. Paul. fol. 2. à tergo.

Clerus non tenetur ad obseruationem edicti publici Gubernatoris Ciuitatis; sed Ordinarius debet facere simile edictum. Die 12. Decembris 1652. in Tarentina: lib. 4. decr. Paul. fol. 171.

Vineæ emphyteuticæ Ecclesiæ non comprehenduntur sub edictis laicalibus. Die 23. Augusti 1632. in Montis Falisci: lib. 2. decr. Paul. fol. 136.

Officiales Communitatis possunt cogi ad declarandum, quod sub edicto eorumdem non comprehenduntur Clerici. Die 13. Februarij 1638. in Alafina: lib. 3. decr. Paul. fol. 53. à tergo.

Bandimenta laicalia super venditione vini non comprehendunt Ecclesiasticos. Die 30. Iulij 1632. in Lycienfi: lib. 2. decr. Paul. fol. 130.

Clerus secularis, & regularis non potest ligari bandimenti Magistratus Ciuitatis. Die 14. Decembris 1655. in Foroluiensi: lib. 5. decr. Paul. fol. 81. à tergo.

Vinum, quod laici emunt à Clericis, non comprehenditur sub impositione Communitatis. Die 7. Augusti 1640. in Monopolitana: lib. 3. decr. Paul. fol. 126.

Ordines facti à Iudicibus laicis non comprehendunt Clericos. Die 10. Septembris 1629. in Papiensi: lib. 2. decr. Paul. fol. 6.

Vigore statuti laicalis non potest exigi gabella ab Ecclesiasticis. Die 25. Septembris 1627. in Tudertina: lib. 1. decr. Paul. fol. 68.

Ecclesiastici non comprehenduntur in statuto Communitatis super gabella olei. Die 20. Aprilis 1649. in Assisienti: lib. 4. decr. Paul. fol. 75.

Pragmatica Neapolitana non potest comprehendere Ecclesiasticos. Die 20. Februarij 1652. in Neapolitana: lib. 4. decr. Paul. fol. 175.

Nonnullæ declarationes nullitatis edictorum, quæ contrariantur libertati, & immunitati Ecclesiasticæ.

Edictum Senatus, die 11. Ianuarij 1633. in Mediolanensi: lib. 2. decr. Paul. fol. 147.

Edictum Ducis Ferrariæ, die 27. Aprilis 1633. in Mediolanensi: lib. 2. decr. Paul. fol. 155.

Edictum Regium, die 5. Iulij 1633. in Neocastrensi: lib. 3. decr. Paul. fol. 163.

Edictum Proregis Neapolitani, die 26. Iulij 1633. in Cotronensi: lib. 2. decr. Paul. fol. 164. à tergo.

Edictum Eminentissimi Legati, die 9. Nouembris 1633. in Ferrariensi: lib. 2. decr. Paul. fol. 175.

Edictum inhabilitationis Ciuium Lucensium ad habitum Religionis Hierosolymitanæ, die 20. Decembris 1634. in Lucana: lib. 2. decr. Paul. fol. 213. à tergo.

Cum inscriptione simili edictis Episcoporum fieri non debet ab inferioribus Prælati, v. g. *Franciscus Dei gratiæ Prepositus, &c.* S. Congr. Episcop. in Placentina, 16. Septembris 1622.

Eiectio.

Literæ pro eiectione delinquentium à loco immuni dari

possunt tantummodò à sacra Congregatione Immunitatis Ecclesiasticæ. Die 11. Iulij 1627. in Hydruntina: lib. 1. decr. Paul. fol. 50. à tergo.

Banniti, & alij facinorosi homines, qui licet extra causas exceptos non debeant Curie seculari consignari, non tamen possunt in Ecclesiis, tam secularium, quàm Regularium ultra triduum permanere, sed per Ecclesiæ ministros, si id commodè fieri potest, etiam inuocato brachio seculari, debent expelli. S. Congr. Immunit. 1627.

Debitoris fraudulentis res, & bona in creditorum præiudicium ad Ecclesias transportantes multo tempore non debent ibi tolerari. Immo res, & bona prædicta statim per Iudicem Ecclesiasticum seculari consignanda sunt, vt illas, & illa adiudicet cui de iure. S. Congr. Episc. 22. Febr. 1660. & 22. Decembris 1611.

Similiter debent expelli, qui committunt in Ecclesia scandala, & indignitates. S. Congr. Episc. in Lucensi, 15. Maij 1610.

In eiectione Regularium obseruandum est decretum S. Congregationis Concilij, editum de apostatis, & fugitijs, & eiectionis, quod habetur in Bullario constit. 26. Urbani VIII. §. 11. autoritate eiusdem Summi Pontificis emanatum.

Ecclesia.

In Ecclesia examinari non possunt rei, etiam si intra mentum extra Ecclesiam, & locum immunem antea præstetur. S. Congr. Immunitatis, 7. Decembris 1632.

Ecclesiæ capanna, ab ea tamen distans, sed intra triginta passus, quæ solummodò inseruit pro seruitio Ecclesiæ, gaudet Immunitate Ecclesiastica. S. Congr. Immunitatis 1632.

Ecclesiæ molendina non comprehenduntur sub prohibitionem facta à laicis, ne asportetur frumentum ad molendinum. S. Congregatio Immunit. 7. Decemb. 1632.

Ecclesiæ, quæ fidelium elemosynis ædificantur, non sunt immediatè sub protectione Regia, vnde fabricæ Administratores tenentur reddere rationem Ordinario. S. Congr. Episc. 21. Nouembris 1614.

Nam protectio Regia super Ecclesiis non habet locum, nisi quando autoritate Apostolica reseruata fuit in lumine foundationis. Eadem S. Congr. 13. Martij 1615.

Emphyteusis. Vide Bona.

Emptio.

Episcopus præfertur omnibus in emptione, demptis tamen piscibus ad proprium vsum eorum, quorum nomine principaliter fit piscatio, dominorumque nanis, & retium. S. Congregat. Episcoporum, in Nicotrensi, 1. Aprilis 1596.

In emptione, & venditione rerum Ecclesiæ, ac in Licentijs alienandi ad effectum reinuestiendi, semper apponere solent clausulam, quod id fiat vnico contextu. S. Congregatio Concilij, & S. Congregatio Episcoporum.

Pro emptione ad ampliandam, vel asscurandam clausuram Monialium cogitur quis vendere bona contigua, vel etiam ædificare. S. Congr. Episcoporum, 21. Iulij 1586. & 21. Nouembris 1600.

Episcopus.

Episcopus potest tenere familiam armatam. Die 13. Ianu. 1628. in Agrigentina: lib. 1. decr. Paul. fol. 77. Minerbimensis, die 1. Septemb. 1637. lib. 3. decr. Paul. fol. 50. Clerici

Clerici Saluatici de familia armata Episcopi possunt deferre arma. Die 22. Iulij 1630. in Tropienſi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 51. à tergo.*

Episcopo permittenda est ordinatio quatuor Clericorum pro familia armata. Die 19. Nouembr. 1630. in Sorana: *lib. 2. decr. Paul. fol. 66.*

Bona Episcopi non possunt grauari hospitacione Militum. Die 12. Ianuar. 1649. in Regienſi: *lib. 4. decr. Paul. fol. 70.*

Episcopus gaudet immunitate à gabella piscium. Die 16. Ianuarij 1652. in Faurienſi: *lib. 4. decr. Paul. fol. 172. à tergo.*

Non tenetur ad gabellam cinæ, etiam pro frumento in eleemosynas conuertendo. Die 20. Septembris 1650. in Monopolitana: *ibid. fol. 51. à tergo.*

Gaudet franchisia fructuum propriorum bonorum. Die 20. Februarij 1629. in Aggentina: *lib. 1. decret. Paul. fol. 124.*

Episcopus eximitur à gabellis pro bonis patrimonialibus, eorumque fructibus. Die 3. Octobris 1634. in Pisaurienſi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 203.*

Episcopus non tenetur contribuere pro reparatione aggerum. Die 7. Nouemb. 1651. in Fulginatenſi: *lib. 4. decr. Paul. fol. 126. à tergo.*

Episcopus potest retinere cymbam piscatoriæ. Die 6. Maij 1653. in Pisaurienſi: *lib. 5. decr. Paul. fol. 14.*

Episcopus quomodo possit declarare reum inquisitum de delicto in Bulla Gregoriana excepto. Die 20. Iunij 1651. in Theatina: *lib. 4. decr. Paul. fol. 151.*

Episcopus non potest allegari suspectus. Die 20. Martij 1630. in Hostunenſi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 33.*

Episcopi potestas circa cognitionem causarum. Die 16. Decembris 1626. in Signina: *lib. 1. decret. Paul. fol. 30.*

Episcopus potest procedere contra laicos inquisitos, etiam aliis pœnis censurarum. Die 23. Iulij 1632. in Oppidenſi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 132.*

Potest procedere contra Regulares ex delegatione particulari super eiectione. Die 25. Aprilis 1634. in Hostunenſi: *ibidem fol. 189. à tergo.*

Episcopus potest cognoscere causas pupillorum, ac viduarum. Die 26. Februarij 1636. in Montis Falisci: *lib. 2. decr. Paul. fol. 244. Aſina, die 31. Maij 1639. lib. 3. decr. Paul. fol. 92. Maceratenſis, die 18. Nouembris 1633. lib. 5. decr. Paul. fol. 25. à tergo.*

In controuersia super bonis Ecclesiasticis cognitio causarum spectat ad Episcopum. Die 2. Maij 1629. in Verulana: *lib. 1. decr. Paul. fol. 136.*

Etiam super bonis emphyteuticis Ecclesiasticorum. Die 26. Iunij 1629. in Liparenſi: *ibid. fol. 143.*

Episcopus potest cumulatim cognoscere causas laicales, in quibus continentur iuramenta, & censuræ. Die 7. Decembris 1638. in Terracinenſi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 182.*

Episcopus debet exhibere licentias operam dandi diebus festiuis in scriptis. Die 2. Maij 1629. in Castrenſi: *lib. 1. decr. Paul. fol. 134.*

Episcopus potest extrahi facere corpora exhumanda extra Ecclesiam ad effectum recognoscendi corporis delicti. Die 8. Augusti 1645. in Maceratenſi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 259. quod vetitum est superioribus Regularium, ibidem.*

In delicto laici contra Clericum causa spectat ad Episcopum. Die 16. Ianuarij 1615. in Romana: *in regeſto.*

Episcopus potest exequi facere in sua Diœcesi mandatum A. C. & per suos Ministros executiones facere. Die 7. Decembris 1638. in Regienſi: *lib. 3. decret. Paul. fol. 82.*

Episcopus in causa mixti fori potest facere executionio-

nes personales absque requisitione Iudicis secularis. Die 5. Iunij 1667. in Mediolanenſi: *in regeſto.*

Episcopus potest transmittere carceratos ad carceres publicos, & illos ibidem retinere. Die 7. Nouembris 1651. in Maceratenſi: *lib. 4. decr. Paul. fol. 163.*

Committitur facultas Ordinario extrahendi frumenta debitorum à locis immunibus, ad effectum soluendi creditoribus. Die 3. Decembris 1652. in Vrbeuetana: *lib. 3. decr. Paul. fol. 6.*

Episcopus Terracinenſis potest retinere in Terra Piperini duodecim Officiales, qui gaudent priuilegio fori. Die 17. Iunij 1631. in Terracinenſi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 81. à tergo.*

Episcopus contra violatores immunitatis Ecclesiasticæ debet procedere per viam censurarum, non capturarum. Die 14. Septembris 1626. in Verulana: *lib. 1. decr. Paul. fol. 16.*

In controuersia inter Episcopos deputatur alter. Die 11. Iunij 1627. in Hydruntina: *ibid. fol. 51.*

Episcopus debet procedere in contumacia contra committentes furtum in Ecclesia. Die 7. Iunij 1633. in Squillacenſi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 160. à tergo.*

Episcopus circa prætenſos Monetarios Sacerdotes, qui fuerunt carcerati vnâ cum aliis secularibus in Curia laicali, quomodo procedere debeat. In Mantuana, in Clypeo Immunitatis Ecclesiasticæ, *num. 21.*

Episcopus debet obseruare Bullam Gregorianam cum omnibus eius requisitis. S. Congr. immunit. in Melitenſi, 21. Martij 1628.

Prælati inferioribus delegari non debet facultas absoluendi excommunicatos ex causa violatæ immunitatis. S. Congr. immunit. in Melitenſi, 21. Augusti 1632.

In defectum Episcopi committitur cognitio immunitatis Episcopo viciniore. S. Congr. immunit. in Anglonenſi, 17. Ianuarij 1640. & in Rheginenſi, 19. Nouembris 1641.

Episcopus gaudet exemptione à gabellis pro rebus transportatis. S. Congr. immunit. 6. Maij 1636. in Marſicana.

Episcopus non tenetur ad onera laicalia de bonis patrimonialibus. S. Congr. immunit. in Vrbaniensi, 20. Nouembr. 1657.

Episcopus potest transmittere suam Curiam per totam suam Diœcesim. S. Congr. Immunit. in Foroliuensi, 20. Aug. 1665. Etiam in locis suæ Diœcesis existentibus in dominio Principis secularis potest erigere Tribunal. S. Congr. Immunitatis, in Sauonenſi, 26. Ianuarij 1644.

Episcopus, & Capitulum nequeunt statuere de non contribuendo ad expensas litis pro defensione Ecclesiasticæ immunitatis. S. Congr. Immunit. in Potentina, 17. Decembris 1658.

Episcopus cognoscat, an confugientes ad Ecclesiam gaudere debeant Immunitate. S. Congr. Immunit. in Nolana, 6. Octobris 1638.

Episcopus cognoscere potest causas legatorum piorum, etiam si actor, & reus sint laici. S. Congr. Immunit. in Pientina, 7. Septembris 1638.

Episcopus valide deuenit ad interdictum contra apponentes baldachinum in Ecclesia. S. Congr. Immunit. in Brundusina, 27. Iunij 1634.

Episcopus procedat ad Censuras contra apponentes sedem in Ecclesia, nisi prius præcedat declaratio S. Congregationis Rituum. S. Congr. Immunit. in Asculana, 18. Iunij 1652.

Episcopus non potest Clericos in minoribus cogere ad suscipiendos Ordines sacros sub pœna priuationis exemptionis. S. Congr. Immunit. in Hieracenſi, 12. Augusti 1642.

Episcopus

- Episcopus non potest cogere, neque ex se permittere, vt Ecclesiastici contribuant pro iactura mobilium, facta occasione contagij. S. Congr. Immunit. in Caraceniensi, 7. Augusti 1657.
- Episcopus non potest declarare priuatos Clericos priuilegio fori sine trinitis monitionibus, seruatis seruandis. S. Congr. Immunit. in Melphitana, 7. Sept. 1666.
- Episcopus non potest communicare processum Curia seculari, & recipere iudicia à Curia seculari absque incurfu irregularitatis, nisi habita sit facultas à Sanctissimo. S. Congr. Immunit. in Fulginatensi, 5. Ianuarij 1631.
- Episcopus non debet dare listam Ecclesiasticorum Numeratori Regio. S. Congr. Immunit. in Grauinensi, 11. Martij 1642.
- Episcopus non potest permittere, quod Clericus incendens in habitu, & tonsura gerat vices Gubernatoris absentis. S. Congr. Immunit. in Ciuitatis Plebis, 15. Ianuarij 1650.
- Episcopus non potest permittere obseruantiam ritus Curia Vicaria, initam super præensione Clericatus, exequi. S. Congreg. Immunitat. in Consentina, 6. Maij 1636. & in Catharensi, 15. Ianuarij 1647.
- Episcopus non potest permittere quod domus Canonicales locentur laicis. S. Congr. Immunit. in Lauretana, 16. Aprilis 1652.
- Episcopus non potest absoluerè excommunicatos ex causa violatæ Immunitatis. S. Congr. Immunit. in Cotroneensi, 17. Iunij 1631.
- Nec etiam cum reincidentia. S. Congr. Immunit. in Grauinensi, 30. Decembris, 1650.
- Episcopus non potest subdelegare facultatem sibi delegatam sine expressa facultate concessa à Papa ad subdelegandum. S. Congr. Immunitat. in Barensi, 7. Augusti 1657.
- Episcopus, qui excommunicatos ob violatam immunitatem Ecclesiasticam absoluit ex se, incidit in censuras, à quibus non absoluitur, nisi cum facultate Sanctissimi. S. Congregat. Immunitatis in Aprutina, 30. Maij 1632. & 6. Iunij 1662.
- Episcopus tenetur certiorare malè absolutos ex defectu iurisdictionis. S. Congr. Immunit. in Aprutina, 30. Maij 1632.
- Episcopus non potest extrahere bona asportata in loco immuni. S. Congregat. Immunit. in Neritonensi, 17. Ianuarij 1628.
- Episcopus non potest in casibus non exceptis in Constitutione Gregoriana Iudici seculari consignare reos ad Ecclesiam confugientes absque incurfu censurarum, & irregularitatis. S. Congr. Immunit. in Vallisolerana, 19. Maij 1627. & in Andriensi, 6. Febr. 1635.
- Episcopus non potest facere magnum numerum Clericorum, sed obseruare debet Decretum S. Concilij Trid. cap. 21. & 23. sess. 23. S. Congr. Immunit. in Meliuitana, 2. Iulij 1630.
- Episcopus non potest dare licentiam, vt bona Ecclesiastica, vel Ecclesia suæ, incorporentur per Iudices laicos sine speciali licentia Papæ. S. Congr. Immunit. 10. Iunij 1636.
- Episcopus non potest dare licentiam Iudici laico exhumandi caduera à locis immunibus, ad effectum ea recognoscendi. S. Congregat. Immunit. in Nullius, 2. Maij 1629. & in Ripana, 3. Augusti 1645.
- Episcopus non potest dare licentiam examinandi testes Iudici laico in loco immuni, & faciendi recognitionem in eo. S. Congr. Immunit. in Anagnina, 21. Ianuarij 1659.
- Episcopus non potest permittere quod in fabricatione processu in causa immunitatis Ecclesiasticæ assistat Iudex laicus Principis secularis, nisi cum dispensatione Pontificis. S. Congr. Immunit. in Taurinensi, 20. Iunij 1628.
- Episcopus non potest stare processui Iudicis secularis in articulo Immunitatis. S. Congr. Immunit. in Algarensi, 10. Iunij 1636.
- Episcopus non potest deputare ministros laicos ad faciendum extractionem à loco immuni. S. Congr. Immunit. in Falcinensi, 15. Martij 1661.
- Episcopus non potest procedere ad tuitionem suorum bonorum mensæ Episcopalis ad formam aliorum, nisi habita facultate à Sanctissimo. S. Congr. Immunit. in Mediolanensi, 18. Febr. 1659.
- Episcopus non potest præfigere confugienti ad locum immunem terminum ad discedendum, vel quia abutitur confugio, vel ob aliam iustam causam, nisi habeat literas erectionis à S. Congregatione. S. Congr. Immunit. in Caietana, 1. Decembris 1637.
- Episcopus non potest procedere ad penas pecuniarias contra violatores Immunitatis. S. Congr. Immunit. in Assisicensi, 22. Ianuar. 1627. & in Carnicensi, 17. Iunij 1631. & in Terracineni, 17. Iunij eiusdem anni.
- Episcopi promoti, vel translati ad aliquam Ecclesiam Regni Neapolitani, nullo modo subscribere debent capitulationem gratiarum generalium ad instantiam cuiuslibet Vniuersitatis, vel Cleri Ciuitatum, & Diocesium suarum, nisi consideratione maturè præhabita, & licentiâ obtentâ à S. Congregatione. S. Congr. Episcop. in Materana, 2. Martij 1594.
- Episcopus non debet dare licentiam Curia seculari carcerandi Clericos incedentes de nocte. S. Congr. Episc. in Castellaniensi, 13. Iulij 1602. nisi de speciali mandato, propter negantium, etiam Regularium multitudinem. S. Congr. Episc. in Rauennatensi, 12. Septembr. 1594. Maxime si inuenti fuerint in habitu seculari. Eadem S. Congr. 13. Septembris eiusdem anni.
- Neque priuare Clericos priuilegio Clericali, ex eo, quod deferant arma prohibita. S. Congr. Episc. in Licicensi, 18. Iunij 1602.
- Nec alienam iurisdictionem turbare ponendo manum inter laicos in causis controuersis, sine circumspectione. S. Congr. Episc. 11. Decembris 1602. Neque in hospitacionibus militum à Ministris Regis destinatum in domos laicas, neque in aliis rebus secularibus. S. Congr. Episc. in Caputaquensi, 12. Martij 1602.
- Neque cogere aliquem ad comparandum personaliter in causis, in quibus quis comparere potest per Procuratorem. S. Congregat. in Camplensi, 20. Nouembris 1602.
- Neque concedere licentiam suis Clericis habitum nigrum in violaceum mutandi. S. Congr. Episc. in Cremonensi, 2. Ianuar. 1601.
- Neque concedere exemptionem à decimis in præiudicium Curati. S. Congr. Episc. in Reatina, 1. Octobris 1601.
- Episcopus potest cogere Magistratum secularem ad visitandam Ecclesiam iuxta solitum. S. Congr. Episcop. 10. Decembr. 1602.
- Et aquam Episcopo ministrare solenniter celebranti. S. Congr. Episc. in Anconitana, 6. Aprilis 1596.
- Non potest exercere tutelam, nisi legitimam. S. Congr. Episc. in Albinganensi, 8. Decembris 1645. Vel miserabilem personarum, Eadem S. Congr. in Consentina, 21. Nouembris 1602.
- Et casu, quo gesserit, cogi debet ad rationem reddendam absque villo respectu. S. Congr. Episcop. in Melphitana, 10. Februar. 1604.
- Episcopus non potest tanquam Ordinarius concedere

D licentiam

licentiam Iudici laico, ut examinet aliquem reum, vel testem in Ecclesia, præsertim formaliter, & cum iuramento, neque vigore literarum Sacræ Congregationis super electione; sed talis licentia peti debet à Sede Apostolica. S. Congr. Immunitat. 2. Martij 1629.

Potest tamen, si vult, concedere licentiam exhumandi cadaver, ac faciendi recognitionem, & examinandi extra Ecclesiam, etiam in loco immuni. Ibidem.

Episcopus in causa sua Ecclesiæ est Iudex competens antequam recusetur. Rot. apud Coccin. *decis.* 29.

Si Episcopus sine iusta causa renuat, vel differat approbare Confessarium Monialium Regularibus subiectarum, vel dare solitam ingressus licentiam medico ordinario, vel aliis necessitatibus prouidere, quoad Confessarii approbationem datur facultas Ordinario vicino, quoad reliqua Conseruatori Monialium, vel fratrum. S. Congr. Episc. 13. Augusti. 1632. & 16. Maij 1634.

Episcopus potest tenere quot satellites voluerit. S. Congr. Episc. in Ciuitatis Castell. 14. Aprilis 1615.

Et alicalem, modò sit mitior seculari. S. Congr. Episc. in Ariminensi, 6. Augusti 1601.

In loco tamen paruo nullum officialem potentatum tenere debet, nisi vnum solum Vicarium foraneum. S. Congr. Episc. in Anagnina, 18. Decembr. 1654.

Potest tenere Auditorem etiam laicum, modò non sit Vicarius, vel Iudex. S. Congr. Episc. in Squillacensi, 8. Iunij 1599. & in Messinensi, 15. Septembris 1618.

Episcopi palatium Sede vacante deseruire non debet pro habitatione, vel tribunali laicorum Iudicum. S. Congr. Episc. in Melphitana, 6. Nouembris 1654.

Episcopus tenetur Principi seculari præstare iuramentum fidelitatis ratione feudorum secularium, non bonorum Ecclesiæ, vel feudorum Ecclesiasticorum, vel alia. S. Congr. Episc. in Saonensi, 18. Martij 1602.

Episcopus potest procedere contra laicum, qui subornare attentauit testes in causa pendente coram Iudice Ecclesiastico. S. Congr. Immunit. in Regiensi, 18. Martij 1631.

Episcopus, qui est in quasi possessione per edicta pœnalia Confratres laicos, ac per pœnarum exactionem, & alia canonica, & opportuna remedia cogere eosdem ad conueniendum solitis processionibus, est manutenendus. S. Congr. Concilij in Papiensi, 21. Ianuarij 1623.

Episcopus non potest ante ordinationem exigere ab ordinando promissionem de inseruendo certæ Ecclesiæ, etiam post habitum beneficium simplex residentiam non requirens. S. Congr. Concilij, in Lauretana, 15. Aprilis 1628.

Episcopus tenetur adscribere ad seruitium Ecclesiæ Clericum in minoribus constitutum, vel primâ Tonsurâ initiatum, petentem adscribi. S. Congr. Concilij in Valentina, 29. Iunij 1628.

Episcopus potest compellere Regulares Mendicantes, & Monachos, etiam sub censuris, ut accedant ad publicas, & generales processiones. S. Congr. Rit. in Chilensi, in Indis, 15. Maij 1610.

Episcopus non potest cogere Clericos ad suscipiendos sacros ordines. Die 22. Augusti 1622. in Calertana: *lib. 1. decr. Paul. fol. 102. à tergo.*

Non debet conferre minores ordines cum promissione suscipiendi sacros. Die 12. Augusti 1642. in Hieracensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 181.*

Non debet ordinare Clericos coniugatos, obstante dispositione sacrorum Canonum. Die 26. Martij 1629. in Aprutina: *lib. 1. decr. Paul. fol. 129. à tergo.*

Non debet committere absolutionem ob violationem

immunitatis Ecclesiasticæ et in reincidentia. Die 3. Decembris 1652. in Cassanensi: *lib. 3. lit. Paul. fol. 5. à tergo.*

Non potest privare Clericos privilegio Clericali, nisi ad præscriptum sacrorum Canonum. Die 6. Maij 1653. in Caracensi: *lib. 5. decr. Paul. fol. 13.*

Non potest imponere contributiones Collegiæ. Die 16. Iulij 1658. in Basilicensi: *lib. decr. Roccy, fol. 102.*

Episcopus accedens ad limina Apostolorum non potest excedere terminum eidem permissum sub pœna excommunicationis. Die 20. Iunij 1653. *lib. 5. decr. Paul.*

Non debet permittere recognitionem personalem Regularis offensi in Monasterio existentis, fieri per Curiam laicalem, sed ab Episcopali. Die 13. Nouembris 1629. in Burgi S. Sepulchri: *lib. 2. decr. Paul. fol. 12. à tergo.*

Non potest concedere facultatem Iudici laico extrahendi cadauera pro recognitione corporis delicti. Die 2. Maij 1629. in Nullius: *lib. 2. decr. Paul. fol. 135.*

Executiones non possunt fieri in Palatio Episcopi. Die 17. Septembris 1658. in Cerniensi: *lib. decr. Roccy, fol. 19. à tergo.*

Episcopus tenetur prouidere ordinato in sacris sine titulo. S. Congr. Episc. 1. Octobris 1602.

Episcopus tenetur residere, licet habeat coadiutorem. S. Congr. Episc. 24. Martij 1597. Alias ei sequantur fructus. Eadem S. Congr. 25. Iunij 1603. Nec delegantur causæ. Eadem S. Congr. 20. Aug. 1601. Etiam tempore contagij. Vel tenetur alteri relinquere fructus. Eadem S. Congr. 23. Iulij 1602.

Eremitæ.

Eremitæ regulariter sunt subiecti Ordinario. S. Congr. Episc. in Fundana, 17. Ianuarij 1594.

Dammodo non viuunt in communi, contra Bullam Pij V. S. Congr. Episc. in Spoletana, 29. Nouembris 1581.

Nec gestent habitum similem Capuccinis, vel alteri Religioni claustrali. S. Congr. Episc. in Assisensi, 7. Ianuarij 1635. & in Hydruntina, 8. Ianuarij 1627.

Et possunt reassumere habitum secularem, licet sint Sacerdotes. S. Congr. Episc. in Anglonensi, 9. Iunij 1602.

Nomine Monachorum in canone si quis suadente, veniunt Eremitæ, vel illi, qui assumpto habitu religioso, adhibentur ad seruitia approbatæ Religionis, licet professionem non faciant; ut ij, qui adhibentur ad querendam pro monialibus elemosynam. Eadem S. Congr. Episc.

Eremitæ, tam fœminæ, quam viri eremiticam vitam ducentes, non tolerantur ab Ordinariis, exceptis Camaldulensibus, & S. Augustini. S. Congr. Episc. 22. Ianu. 1582.

Equites Hierosolymitani.

Equites Hierosolymitani gaudent exemptione iuxta eorundem privilegia. Die 28. Martij 1626. in Nouariensi: *lib. decr. Paul. fol. 3.*

Gaudent exemptione pro bonis patrimonialibus. Die 19. Ianuarij 1638. in Tudertina: *lib. 3. decret. Paul. fol. 53.*

Gaudent exemptione à collectis, & gabellis, exceptis iis, in quibus comprehenduntur à Sede Apostolica. Die 13. Iulij 1637. in Anconitana: *lib. 3. decr. Paul. fol. 36.*

Nouitij huius Religionis gaudent privilegio fori. Die 22. Ianuarij 1649. in Meluitana: *lib. 4. decr. Paul. fol. 69.*

fol. 69. à tergo.

Si Commendatarius infra terminum non praesenter Episcopo personam idoneam instituendam, Episcopus prouidebit. S. Congr. Episc. 11. Iannar. 1578.

In Parochiis Religionis Equitum Hierosolymitanorum, in quibus populus habet ius eligendi, siue nominandi Parochum, examen, & approbatio spectat ad Episcopum, sola institutio ad Priorem. S. Congr. Episc. 1. Sept. 1620.

Vide verbo *Hierosolymitani*.

Equites S. Stephani.

Equites S. Stephani gaudent exemptione à collectis, & aliis oneribus. Die 27. Nouembris 1626. in Mantuana: lib. 1. decr. Paul. fol. 26. à tergo. Mantuana, die 19. Aprilis 1627. *ibid.* fol. 45.

Gaudent exemptione à quibuscumque impositionibus. Die 24. Iulij 1646. in Vrbeuetana: lib. 3. decr. Paul. fol. 288.

Equitum S. Stephani Papæ Ordinem instituit Cosmus Medices, Magnus Dux Etruriæ sub regula S. Benedicti, cuius Magnus Magister constituitur. Eius Milites sunt exempti ab Ordinariorum iurisdictione, & à solutione decimarum, & aliorum onerum, Pius IV. constitutione 60. *His qua*: Kal. Februarij 1562.

Equites Militiæ Christi.

Gaudent exemptionibus in eorum priuilegiis expressis, & à Sede Apostolica confirmatis. Die 10. Februarij 1632. in Reatina: lib. 2. decr. Paul. fol. 115.

Gaudent priuilegio fori. Die 28. Februarij 1640. in Afiliensi: lib. 3. decr. Paul. fol. 110.

Eximuntur à repræfaliis. Die 11. Februarij 1648. in Anagnina: lib. 4. decr. Paul. fol. 40. à tergo.

In eorum erectione non requiritur *Exequatur Regium*, sed sufficit authoritas Apostolica. Die 11. Iunij 1627. in Salernitana: lib. 1. decr. Paul. 52.

Equites Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, & Regula S. Francisci, ac protectione S. Michaelis Archangeli, & Basilij instituit Vrbanus VIII. cuius Magnus Magister, & Militiæ Caput vnus est: nouitium in loco Militiæ faciunt, votaue, & professionem fidei ac iuramentum fidelitatis emittunt; contra infideles, & fidei hostes militant: nobiles viri, & ingenuè nati, etiam coniugati recipiuntur, &c. Vrbanus VIII. constitutione 11. *Imperscrutabilis*, prid. id. Februarij 1623.

Equites S. Mauriti.

Gaudent exemptione pro bonis patrimonialibus. Die 13. Augusti 1629. in Afiliensi: lib. 2. decret. Paul. fol. 1.

Gaudent exemptione quoad bona Commendæ. Die 13. Augusti 1647. lib. 4. decr. Paul. fol. 23. in Cameriniensi.

Gaudent exemptione ab oneribus. Die 7. Maij 1651. in Tudertina, *ibid.* fol. 139. à tergo.

Gaudent priuilegio fori. Die 10. Septembris 1629. in Neapolitana: lib. 2. decr. Paul. fol. 6.

Milites S. Iacobi de Spatha.

Militum S. Iacobi de Spatha Ordinem approbanit Alexander III. constitutione 5. *Benedictum*, 3. Non. Iulij 1175.

Subsunt gubernio Regiæ Coronæ Hispaniarum. Hadrianus IV. constitutione 1. 4. Non. Maij 1522.

Equites S. Iacobi de Alcantara.

Connumerantur inter personas Ecclesiasticas. Die 5. Martij 1652. in Reatina: lib. 4. decr. Paul. fol. 178.

Equites S. Iacobi de Alcantara perfruuntur omnibus gratiis, & priuilegiis concessis, & concedendis Ordini Cisterciensium, & S. Benedicti. Leo X. constitutione 44. 10. Kal. Iulij 1521.

Eorum regimen Coronæ Regiæ Hispaniarum Committit Hadrianus VI. constitutione *Dum intra*, 4. Non. Maij 1522.

De bonis suis testari & disponere possunt. Greg. XIII. constitutione 30. *Romani*, 6. Octobris 1575.

Equites Portugallie.

Gaudent priuilegio fori, & exemptione Ecclesiastica. Die 12. Nouembris 1647. in Tudertina: lib. 4. decr. Paul. fol. 34. à tergo.

Equites S. Benedicti de Auis in Regno Portugallie perfruuntur omnibus priuilegiis concessis, & concedendis Militibus S. Iacobi de Spatha, & de Calatrana, & de Alcantara. Vide *Milites*.

Exactio.

Exactio onerum ad quæ tenentur Ecclesiastici, facienda est à superiore Ecclesiastico, non à laicis. Die 10. Septembris 1647. in Cefenatenfi: lib. 4. decr. Paul. fol. 26. à tergo. Alculana, die 30. Maij 1628. lib. 1. decr. Paul. fol. 94.

Non incurrit censuram canonis Bullæ Cœnæ Domini exigens vestigal non impositum, aut supra quam impositum est, si id faciat non ut pro vestigali recipiat, sed ut furtiuum sibi referuet; quamvis contrarium probabile sit, quod tunc etiam exigens incurrat excommunicationem.

Exactor.

Exactor secularis quomodo potest exigere collectas pro bonis datis Ecclesiæ absque incurfu excommunicationis. Die 15. Nouembris 1644. in Vercellenfi: lib. 3. decr. Paul. fol. 238.

Exactores laici non possunt absolui nisi facta restitutione exactorum à Clericis. Die 18. Iulij 1629. in Salutarum: lib. 1. decr. Paul. fol. 146.

Exactor decimarum, durante officio, gaudet priuilegio fori. Die 9. Octobris 1635. in Vrbeuetana: lib. 2. decr. Paul. fol. 237.

Executio.

Pro debitis ciuilibus non potest fieri in Palatio Episcopi, nec in domibus Clericorum. Die 12. Nouembris 1647. in Conuersanenfi: lib. 4. decr. Paul. fol. 30.

Aliquando datur facultas creditoribus Episcopi exequendi in eius Palatio, si petatur. Die 20. Iunij 1651. in Anagnina, *ibid.* fol. 148. à tergo.

Literæ Apostolicæ debent exequutioni demandari, non obstante recurfu ad Monarchiam. S. Congr. Episc. in Catanensi, 18. Aprilis 1609.

Vel Rotæ inhibitionibus. S. Congreg. Episc. 21. Iulij 1645.

Sicut etiam literæ S. Congregationis. Eadem S. Congr. in Sarzanensi, 12. Decembris 1600. & in Sulmonensi, 27. Nouembris 1601.

Etiam quatenus Regium Exequatur niteretur Apostolico prouilgio, non debet extendi ad literas S. Congregationis, quæ debent executioni demandari absque alio Exequatur Regio, vel Monarchiæ. S. Congr. Episc. in Barensi, 15. Ianuarij 1596. & in Syracusana, 15. Nouembris 1606. & in Neapolitana, 2. Ianuarij 1616. & in Grauinensi, 9. Ianuarij eiusdem anni: & in Messanenſi, 5. Februarij, & 14. Maij 1627. Ordinarius non debet exequi dictas prouisiones Apostolicas, nisi sibi præsententur literæ originales, licet partes illi præsentarent Exequatur Regium. S. Congr. Episc. in Panormitana, 7. Decembr. 1604. Iudices, & ministri laici non possunt prohibere executoribus Curiae quominus exequantur mandata, moliatoria, & similia Curiae Ecclesiasticæ; dictique exequutores exequi debent, etiam nullâ ab eisdem Iudicibus, & Ministris petita licentiâ, seu assensu. S. Congr. Immunit. in Vercellenſi, 30. Iunij 1632. Quod decretum S. Congr. Episc. in Mediolanensi, 10. Iulij 1654. præcepit inuiolabiliter obseruari. Executio aduersus administratores Hospitalium, & Leprosariorum condemnatos iuxta decretum Concilij sess. 22. de reform. cap. 8. siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue vnâ cum aliis deputatis, ad ipsum Ordinarium spectat. S. Congr. Concilij, teste Armendar. in addit. ad recop. leg. Nauar. lib. 4. tit. 29 d. 1. S. de hospital. n. 4.

Excommunicatio, & Excommunicatus.

Percutens alterum intra Ecclesiam, incurrit excommunicationem minorem. Die 26. Iunij 1628. in Nullius: lib. 1. decr. Paul. fol. 97. à tergo. Contra excommunicatos notorios, qui non curant absolui, procedendum est per aggrauatorias. Die 20. Ianuarij 1637. in Beneuentana: lib. 3. decr. Paul. fol. 22. Nullius Canusæ, die 20. Martij 1630. lib. 2. decret. Paul. fol. 33. à tergo. Sacerdos excommunicatus confugiens ad Ecclesiam gaudet immunitate Ecclesiastica. Die 13. Decembris 1629. in Aquilana: lib. 2. decr. Paul. fol. 16. Officialis excommunicatus denunciatus non potest exercere officium suæ Iurisdictionis. Die 2. Maij 1629. in Neapolitana: lib. 1. decr. Paul. fol. 135. Defunctus excommunicatus, qui absolutionem sacramentalem suscepit ante obitum, quomodo absolendus. Die 29. Decembris 1666. in Sanctæ Seuerinæ: lib. decr. Altonii, fol. 38. à tergo. Quando excommunicatus vitandus non abstinere à conuersatione, proceditur ad aggrauationem censuratum. S. Congr. Episc. in Mediolanensi, 14. Iulij 1620. Excommunicando etiam maiori excommunicatione illos, qui contra iuris terminos cum illo communicant; & referuando, si opus fuerit, absolutionem dictorum participantium. S. Congr. Episc. in Oppidenſi, 8. Maij 1621. Excommunicatus si in mortis articulo dixit in confessione, *Madonna sanctissima aiutami*, vel similia, Ecclesiasticæ sepultura traditur debet. S. Congr. Episc. in Nolana, 19. Iulij 1619. Excommunicare potest Episcopus Fratrem Capellanum Religionis Hierosolymitanæ, qui administravit redditus Parochialis secularis, citatum ab Episcopo in visitatione ad reddendam rationem, & non comparentem. S. Congr. Concilij, 7. Septembris 1630. Quoad finem reuelationis, excommunicationes quæ concedi solent in Abbatibus nullius Diocesis, à nemine, neque à vicinis Episcopis, præterquam à Sede Apostolica, decerni possunt. S. Congr. Concilij, 1. Februarij, 1572.

Extractio Victualium.

Ecclesiastici possunt extrahere frumenta recollecta in propriis bonis. Die 25. Septembris 1627. in Cottoneſi: lib. 1. decr. Paul. fol. 65. à tergo. Clerici non tenentur ad gabellam pro extractione olei recollecti in propriis bonis. Die 24. Iulij 1634. in Licienſi: lib. 2. decr. Paul. fol. 166. à tergo. Ecclesiastici non possunt extrahere extra statum absque licentia. Die 14. Ianuarij 1630. in Fanenſi: lib. 2. decret. Paul. fol. 23. à tergo. Ecclesiastici circa extractionem vini in Prouincia Marchiæ debent seruare solitum. Die 22. Septembr. 1654. in Auximana: lib. 5. decr. Paul. fol. 52. Edictum super bladiis extrahendis à Iudicibus laicis non comprehendit Ecclesiasticos. Die 10. Septembr. 1629. in Papienſi: lib. 2. decr. Paul. fol. 6. Parmensis, die 4. Iulij 1626. lib. 1. decr. Paul. fol. 20. Gubernator Marchiæ non potest prohibere extractionem victualium Ecclesiasticis. Die 10. Decembris 1647. in Auximana: lib. 4. decr. Paul. fol. 35. Reliqua vide verbo *Frumentum*, num. 2. Extrahens reum de loco sacro, aut ei in loco sacro existenti aliquid nocuenti inferens in personam, aut bona, quæ secum intulit, incurrit in excommunicationem Bullæ Gregorij XIV. quæ incipit, *Cum aliis*, quæ est 7. §. 9.

Extractio à loco immuni.

Episcopus ex constitutione Gregoriana potest extrahere delinquentes etiam ab Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ. Die 6. Maij 1653. in Messanenſi: lib. 5. decr. Paul. fol. 13. à tergo. Episcopus potest extrahere in casibus non expressis in Bulla Gregoriana ad effectum correctionis tantum. Die 27. Martij 1640. in Inceramenſi: lib. 3. decr. Paul. fol. 114. Aretina, die 31. Augusti 1649. lib. 4. decr. Paul. fol. 86. Neapolitana, die 28. Februarij 1640. lib. 3. decr. Paul. fol. 12. Catanensis, die 1. Septembris 1643. *ibid.* fol. 207. à tergo. Extracti à loco immuni dum articulus discutitur, debent retineri sub custodia Curiae Ecclesiasticæ. Die 30. Septembris 1616. in Neapolitana, in *regeſto*. Confugiati non debent retineri ligati in Ecclesia. Die 8. Februarij 1639. in Cauenſi: lib. 3. decr. Paul. fol. 85. à tergo. Episcopus non potest expellere confugiatum ab Ecclesia, ne incidat in manus Curiae laicalis. Die 19. Martij 1647. in Cefaludenſi: lib. 4. decr. Paul. fol. 7. Ad effectum extrahendi delinquentes non requiruntur probationes concludentes, sed pro arbitrio, & conscientia Episcopi. Die 15. Iunij 1638. in Melititanæ lib. 3. decr. Paul. fol. 64. Extractio à loco immuni non est permittenda, nisi solis Episcopis, non autem inferioribus; & ante illam requiritur processus. Die 23. Martij 1638. Nullius Orbetelli, *ibid.* fol. 57. à tergo. Ad extrahendum delinquentem à solo immuni, & Curiae seculari consignandum, non sufficit sententia contumacialis, quia non probat delictum, sed plenior probatio requiritur. Die 27. Iulij 1618. in Cernomenſi, in *regeſto*. Extrahentes indebitè, & apponentes custodias loco immuni, sunt excommunicati. Die 1. Octobris 1641. in Aprutina: lib. 3. decr. Paul. fol. 156. à tergo. Neapolitana, die 2. Iunij 1632. lib. 2. decr. Paul. fol. 127. à tergo. Andrienſis, die 6. Februarij 1635. lib. 2. decr. Paul. fol. 215. à tergo. Bitterenſis, die 22. Maij 1635. *ibid.*

ibid. fol. 224. Theatina, die 20. Iunii 1651. lib. 4. decret. Paul. fol. 151.

Pontifici. S. Congr. Immunitatis 1631.

Exemptio, & Exemptus.

- Nullus potest extrahere delinquentes absque facultate Apostolica (exceptis casibus in Bulla Gregoriana.) Die 30. Ianuarij 1628. in Casentina: *lib. 1. decret. Paul. fol. 78. Romana, die 12. Decembris 1628. ibid. fol. 106. à tergo. Caietana, die 1. Decembris 1637. lib. 3. decret. Paul. fol. 49. à tergo. Neapolitana, die 14. Octobris 1630. lib. 2. decret. Paul. fol. 62.*
- Extractio non permittitur ad effectum examinandi delinquentem. Die 13. Iulij 1638. in Mutinensi: *lib. decret. Paul. fol. 66.*
- In casibus non exceptis in Bulla Gregoriana non licet Iudici Ecclesiastico extrahere reum, & tradere Curie seculari absque incurfu censurarum. Die 19. Maij 1627. in Vallisoletana: *lib. 1. decret. Paul. fol. 49.*
- Extractio non debet fieri per laicos, sed cum assistentia Iudicis Ecclesiastici. Die 11. Augusti 1631. in Catacensi: *lib. 2. decret. Paul. fol. 85. à tergo.*
- Extractus à Curia laicali debet restitui eidem Ecclesie, etiam superuenientibus probationibus super aliis delictis. Die 8. Decembris 1632. in Ianuensi: *lib. 2. decret. Paul. fol. 145. à tergo.*
- Deinde est extrahendus seruatis seruandis, iuxta formam Bullæ Gregorianæ. Die 13. Nouembris 1663. in Mediolanensi: *lib. decret. Roccy, fol. 518. à tergo.*
- Aliquando restitutio extracti fit alteri Ecclesie cum dispensatione Pontificis. Die 29. Nouembris 1634. *lib. 2. decret. Paul. fol. 210.*
- Legatus non habet facultatem extrahendi. Die 8. Aprilis 1630. in Bononiensi: *lib. 2. decret. Paul. fol. 101. à tergo.*
- Legatus non potest extrahere: *lib. 2. decret. Paul. fol. 126. in Ferrariensi.*
- Extrahentes inimicum per vim, illumque extra locum sacrum satellitibus consignantes, incurrunt in excommunicationem, & qui suscipiunt, vel damnant, si sciunt extractum fuisse de loco sacro. S. Congreg. Episc. in Neapolitana, 2. Iunii 1620.
- Rei, & condemnati de crimine capitali, post aliquod tempus debent expelli, cautè tamen, ne cadant in fortias Curie. S. Congr. Episc. in Tropiensi, 9. Ianuarij 1601. & in Rossanensi, 20. Iulij 1592.
- Extracti in Ecclesiasticis carceribus constitui debent, donec ab Episcopo cognitum fuerit, an aliquod ex criminibus exceptis commiserint. S. Congr. Episc. in Neapolitana, 30. Septembris 1616. Vide verbo *Immunitas.*
- Si delinquens iniuriôsè extrahatur ab Ecclesia, restituendus est eidem Ecclesie. S. Congr. Episc. Etiam ab eo, qui non extraxit, si detinet. S. Congr. Episc. in Boiensi, 10. Februarij 1604. Non Episcopo, vel alteri Ecclesie, nisi de licentia S. Congregationis. S. Congr. Episc. in Afulana, 14. Maij 1613.
- Nec sufficit, quod Iudex secularis declaret se tenere extractum nomine Episcopi. S. Congr. Episc. in Tortonenfi, 15. Iulij 1617.
- Nec si restitutio fiat cum fideiussione, vel pacto reassignandi. S. Congr. Episc. in Licinensi, 16. Septembris 1622.
- Si tamen reus non fuit extractus seruatis seruandis, sed postea constiterit eum commisisse aliquod ex delictis exceptis, restituitur quidem, sed statim Curie seculari reassignatur. S. Congr. Episc. in Montis Pelusij, 3. Februarij 1604.
- Idem de eo, qui fuit extractus ante licentiam obtentam. S. Congr. Episc. in Regiensi, 23. Aprilis 1602.
- Extrahens reum è loco immuni, incurrit in excommunicationem Gregorij XIV. constitutione 7. latæ sententiæ, quæ de stylo Curie est reseruata Summo
- Clerici Camera, & Protonotarij participant exempti sunt à quolibet alio foro. S. Congr. Episc. in Meliteni, 17. Augusti 1627.
- Subcollector, & Commissarij spoliatorum gaudent exemptione, tam durante, quam finito officio; sed officio finito in criminalibus tantum, ex constitutione Urbani VIII. 2. Iulij 1636.
- Laicus Commissarius fessorum nullo extra Diocessum gaudet priuilegio. S. Congr. Episc. in S. Seuerini, 15. Nouembr. 1604.
- Non prodest familiaritas acquisita post commissum delictum. S. Congr. Episc. in Meliteni, 31. Ianuarij 1620.
- Nec ei, qui actu non seruit. Eadem S. Congr. 18. Maij 1646.
- Exempti renunciare possunt priuilegiis. S. Congr. Episc. in Afulana, 20. Augusti 1602.
- Exemptio à subsidio triennali nemini suffragatur. Paul. III. const. 39.
- Exemptio Ecclesie debet probari non per immemorabilem, sed per scripturas, & instrumenta legitima, ad hoc vt Episcopus teneatur visitare per seipsum: interea verò poterit visitare per alium. S. Congr. Concilij, teste Aldano in comp. can. resol. lib. 3. tit. 1. num. 25.

Exilium.

- Rei mitti possunt in exilium, licet torturam sustineant. S. Congr. Episc. 1. Iunii 1604.
- Factor exilij incidit in penam tiremij. S. Congreg. Episc. in Sutrina, 10. Februarij 1604.
- Pœna contrauentionis reseruatur S. Congregationi, si exilium fuit impositum ab ipsa. S. Congreg. Episc. in Bertinorensi, 7. Nouembris 1601.

F

Factor.

- F**actori Montis Pietatis de iure non competit priuilegium fori, nisi in concernentibus officium. Die 17. Ianuarij 1640. in Reatina: *lib. 3. decret. Paul. fol. 109.*

Falsarij.

- Ex Bulla in Cœna Domini, cap. 6. excommunicantur falsarij literarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis. Item falsarij supplicationum gratiam, vel iustitiam continentium per Romanum Pontificem eo capite signatarum.

Falliti, seu Decoctores.

- Decoctorum bona sunt extrahenda à loco innumi, & consignanda Iudici causæ. Die 29. Decembris 1625. in regesto scripturarum veterum, fol. 74. Ianuensis, die 3. Iunii 1625. *ibid. fol. 59. Dertonensis, die 26. Iulij 1626. in regesto liter. Paul. fol. 26.*
- Ordinarius loci non potest extrahere bona decoctorum absque facultate Sedis Apostolicæ. Die 17. Ianuarij 1628. in Neritonensi: *lib. 1. decret. Paul. fol. 80.*
- Decoctoribus refugiaris solet præfigi terminus, quo elapso, seruatis seruandis, possunt extrahi. Die 11.

D 3

Martij